



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

52. Tres Filiæ Job, & nomina earum & quid designent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

(29)

Ingenioquè peris dire Perille tuo,  
Terna placent Triadi jejunia , terque profusis  
Est populi lacrymis , & prece , mota sui.

### S Y M B O L U M 51.

Tres amici Job.

Audientes tres amici Job , omne malum quod accidisset ei , vene-  
runt singuli de loco suo ut visitarent eum. Job 2.

**D**Ives opum Job , factus inops , exutus honore,  
Infimus in fimo , qui modò summus erat.  
Tartarei livore canis , liventia membra  
Vix levat , in toto corpore vulnus hiat.  
Victorem Sathanæ (a) tres aggrediuntur amici .

(b) Quos sancto victos Flamine Jobe trahis.

(a) Amici Job ienserunt penas in hac vita non infligi nisi pro pravia culpa : Unde Job  
gravissime casum , judicarunt gravissimum peccatorem , contra quos Zelo justitia Job  
disputat , & demonstrat se non iudicatum a Deo juxta processum justitiae humanæ , in qua  
quidem ita sit : Sed a Deo , a quo impius sapienter prospera eveniunt , & justis adversa . (b)  
Job dum tentatur appetet scientia , que post multa tempora danda erat , spiritu Sancto  
eruditus . Chrys. serm. de pat. Job mihi tom. 1. fol. 573.

### S Y M B O L U M 52.

Tres Filiae Job cap. 42.

(a) **T**Res natas formâ pariles , non sorte parentis  
Nubila post fati tempora , Jobus habet.  
Post tenebras , post tot tempestatesque malorum ,

[b]

[b] Jure Serena Dies prima vocanda fuit ;  
Cassia sit, Cornu-stibij sit tertia : ternas  
Sustulit [c] atra trias, reddidit alma Trias.

[a] Erant filiae Job formosa valde, quia non sunt inventa mulieres in universâ terra tam  
peciosa. Iob. 42. vers. 13. [b] Vocavit Job nomen unius Diem, nomen secundâ Cassiam,  
nomen tertiac Cornustibij vers 14. Tres Iobo filiae secundum carnem, tresque ei virtutes jux-  
ta spiritum, quemadmodum inquit Apostolus, manens tria hac, fides, spes, Charitas : nu-  
datum est omnibus, sed naturae conditorem, trinum unumque Deum, non negavit, ait  
Chrys. homil. 3 de pat. Iob. [c] id est, tres parce.

## SYMBOLUM 53.

*Magnus Dominus fortitudine, Iudicio, Iustitia. Iob 37.*

**R**Obore qui præstant, qui munia Judicis implent,  
Aut quibus est dubij res dirimenda fori ;  
Agnoscant Triadem solam, quæ robora præstat ,  
Munia dispensat, judiciumquè facit.  
Hanc penes est virtus, & jus, & norma regendi ,  
Formaque judicij, justitiæque modus.

## SYMBOLUM 54.

Tripliciter quis beatus ,

1. *Qui non abiit in consilio impiorum*
2. *Et in via peccatorum non stetit ,*
3. *Et in Cathedrâ pestilentiae non sedit.*

*De Domino nostro Iesu Christo, hoc  
acciendum est, inquit S. Aug.*

**N**Oxia si vites confortia, jure beatus ,  
In nullâ figas impietate pedem.

Siqua